



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

266 Spiritualium rerum varij gradus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

vel cuiusquam alterius patrimonio prophano, nedum sub obligatione personali seu fideiussoria, sed super Ecclesiis vel monasteriis aliisque domibus religiosis vel piis creati curent, quando vident sese impetrare non posse ut ipsa beneficia grauentur. Ergo quid si pensiones ita constitutæ fuerint ut periclitari non possint quamdiu vixerit ille cui pro beneficio ceduntur? ecquid permutatio valebit? nullo modo; quia perpetuitas priore modo sumpta, in illis non est, nec officia clericalia sunt illis annexa, nec per eas Ecclesiæ cuiquam certæ quis est adscriptus, id quod in beneficiis propriè dictis omnino requiritur. Quamobrem qui sub titulo patrimonij vel pensionum promouentur ad sacros ordines, beneficiarij per hoc non sunt.

263  
Pensiones perpetue periclitari nequeunt, cur tamen cum beneficiis non possint permutari.

264  
Beneficiarij.

265  
Sacre res spirituales quomodo possint sine ullis rationibus in commercium venire.

266  
Spiritualium rerum varij gradus.

Cæterum nouus hic & propemodum terribilis exoritur scrupulus ex eo quod spiritualia cum spiritualibus rectè permutari diximus; nam si res huiusmodi sacræ nõ cadant in commercium, sicuti vel prophanis docemur legibus, l. in tantum. §. sacræ. π. de diuisione rer. & qualit. l. æde sacra. 73. π. de contrah. empt. & vendit. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. π. de verb. obligat. & §. nullius. Instit. de rer. diuis. quantò iustius hoc iure Pontificio res illas vel sacras vel spirituales ab istis nundinationibus oportet esse remotas & immunes? Ad huc scrupulam dexterius eximendum, necesse fuerit rerum spiritualium diligenter intueri & interno scere varietatem, qua in re magistro vix  
ullo

ullo poterimus vti meliore quam D. Thoma Aquinate, viro tū naturaliter acutissimo, tum diuinitus illustrato, qui suis in Commentarijs in lib. 4. Sententiarum dist. 25. quæst. 2. art. 1. spiritualia tripliciter distinguit seu tres facit spiritualium gradus. Nam quædam sunt, inquit, purè spiritualia, vt gratiæ & virtutes: alia annexa & coniuncta rei corporali quæ ex hac vnione sacra efficitur, sicut Ordines in exterioribus ritibus corporalibus qui sunt sacri, & Character collatus per corporale ablutionem: alia sunt spiritualia annexa corporalibus, manentibus corporalibus sacris, vt consecratio calicis & ius patronatus in aliquo fundo. Prima, nec de iure nec de facto possunt vèdi; quia non est in potestate hominis ea dare: Secunda possunt vendi de facto, sed non de iure; & hoc est, quia facta corporalia (in quibus datur spiritualia) venduntur; de iure tamè neutrum vendi potest: vltima verò, quantum ad id quod est corporale ibi (etiam cum manet sacratum) possunt vendi, & transit spirituale cum corporali; sed quantum ad id quod est spirituale, vendi non possunt, vnde si ratione spiritualis plus (id est pluris) emeretur vel venderetur, vel principaliter spirituale intèderetur emi vel vendi, simonia cõmitteretur. Hæc ille; quem latius explicat, & quidem luculenter explicat, Nauarrus in manuali suo Confessariorum cap. 23. num. 99. & seqq. vbi de Simonia disputat. quin & ipse D. Thomas plenius explicat semetipsum in Summa sua Theologica 2. 2. quæst. 100.

k art. 1.

267  
D. Thomæ  
Aquinate  
præstantia.

268  
1. Spiritua-  
lia purè vel  
essentialiter.

269  
2. Spiritua-  
lia instrumen-  
taliter.

270  
3. Spiritua-  
lia constitui-  
uè vel anne-  
xiuè.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.